

Bernhard BISCHOFF, *Mittelalterliche Schatzverzeichnisse*, Teil I: *Von der Zeit Karls des Grossen bis zur Mitte des 13. Jahrhunderts*, Munich : Prestel Verlag, 1967

2) Schatzverzeichnis aus der Zeit des Abtes Hesso
wohl 10. Jahrhundert

Quelle: wie Nr. 1, pag. 177. Spätere Abschrift; nach der Schrift im 11./12. Jahrhundert oder im frühen 12. Jahrhundert eingetragen, darauf folgt das Verzeichnis Nr. 6. Beide Verzeichnisse sind ebenso wie Nr. 4-7 in leere Kanonbögen eingetragen worden.

Thesaurus ecclesie super abbate Hessone. XX et V Albe eum humeralibus. X et VII Stole cum fanonibus. XV Cingulis, III ex his auro parati. Balthei XV. Pallia XXII. Casucule VI. Cappe VIII. Dalmaticę VIII. Subtilia III. Calices III. Thuribula II. Velamina II et II pancalia. Facitergule VI. Manutergia II.

6) Schatzverzeichnis
1. Hälfte des 12. Jahrhunderts

Quelle: wie Nr. 1, pag. 177. Eintrag aus der 1. Hälfte des 12. Jahrhunderts

Hic est thesaurus ecclesie Fafariensis. Calices V. Albe XXVIII cum humeralibus et cingulis. Cappe VIII. Stole XIII. Pallia altaris XV. Baltei undecim. Cinguli insuper XIII. Humberalia III.

Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo quinto. De munere divinę benedictionis et gratię beatissimi Georgii martyris patrocinio servitura ac deo digni Ottonis presulis ac fundatoris loci nostri sanctissimę profutura memorię pii patris Eribonis et Eberhardi reverendi abbatis, decessorum ac subditorum eorum conquisita sollicitudine, hec sacrario nostro et armarię pertinere, recognita sunt. Et scriptus est liber hic monimenti in conspectu Domini. Sed primum quidem spiritualis leticię et sacrę devotionis togas cum cęteris utensilibus evolvamus, deinde libros armarię nostrę, in quibus videlicet arma nostra, non carnalia sed spiritualia, deo locata sunt, computemus. Quę adornantur in ecclesia, hec sunt : altare, sacerdos, ministri, scola chori, ambitus ecclesię. Altaris ornamenta sunt in vagis et vestibus. Vasa altaris sunt altaria mobilia, capse, cruces, plenaria, calices, harundines, ampullę et his similia. Habemus altare unum mobile de electro. Capsas V^e, quarum tres sunt de ebore. Insuper pixidem eburneam cum eucharistia, cuius exterius vasculum vestitum est argenta. Habemus eucharistię pertinentem scutellam argenteam et latericium vas peregrini operis, quę in cęna Domini repositioni dominici corporis exponuntur. Cruces duas auro vestitas et gemmis cum hastilibus deargentatis. Plenaria duo. Calices aureos duos, argenteos XI. Harundines, auream unam, deauratam unam, argenteas duas. Ampullas argenteas miro opere duas. Preterea cruces cottidianas duas. Vexilla VII, V^e meliora candida cum christallis et rotulis suis et duo communia. § Nunc de vestibus vel potius investitura altaris. Hęc est in pallis, linteis, corporalibus, offertoriis. Habemus pallas XI. Linthea festiva IIII^{or}, diurnalialia XX. Corporalia XXVI. Offertoriis supersederi potest. § Sequitur de ornamentis sacerdotis. Quę ut incipiamus ab excellentioribus, sacerdotem quodammodo disvestiamus. In hoc ordine primum auferemus missalem, deinde casulam, stolam cum manipula, succingulum, cingulum, albam, humerale. Habemus missales XII^{cim} preter missalem cottidianum I principalis altaris et evangeliarium cum lectionario et preter collectarium festivum et libellas continentes missam pro defunctis et librum benedictionum. Habemus et casulas XII, quarum VIII aurifrigiate. Stolas de auro et argento VIII^{to}, sericas VIII, communes XII^{cim}. Succingula tria de auro et argento. Cingula differo. Albas limbatas quinque. Humeralia cum auro sex. § Nunc de ornamentis ministrorum. Ministri sunt diaconus, subdiaconus, ceroferarius. Diaconi proprius ornatus est dalmatica. Habemus preter diurnales duas sex dalmaticas, quarum una est aurifrigiata. Subdiaconi proprius ornatus sunt subtilia et manipuli. Preter diurnalialia duo habemus VIII subtilia. Manipulos de serico sex, quorum duo subtilia sunt argentifrigiata, duo manipuli de auro. §

Ceroferariorum proprius ornatus sunt thuribula et candelabra et vasa manibus aquam fundentia. Habemus thuribula argentea duo et acerram argenteam, reliqua III^{or} sunt. Candelabra sunt deaurata III^{or}, reliqua sunt octo. Preter hec candelabra sunt excelsa III^{or} de auricalco. Vasa aquam manibus fundentia sunt duo, quorum unum est in forma leonis, bacinum habens sibi idoneum. § Restat de 1 ornatu scolę chori. Ornatus scolę chori est in kappis, albis, cingulis. Habemus kappas aurifrigiatas XXII. Omnes kappe sunt quinquaginta VII. Albas cum sericis cingulis additis supra dictis quinque habemus quinquaginta tres. Albas communes LXVII. Omnes simili computate sunt centum XX. § Ambitus ecclesię ornatur velis, dorsalibus, tapetiis. Habemus serica vela XIII, in quadragesima appendenda linea vela tria. Dorsalia meliora sunt V^e, reliqua sunt III^{or}. Tapetia formarum tria sunt.

Munich, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 13002, f. 5v [transcription B. Bischoff]